Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26946
Copyright: Admont, Benediktinerstift



301

Circa principium istius libelli Quinque sunt
inquirenda sc. quis sit autor istius libelli
quae materia, quis titulus, quae intentio et cui parti philo-
sophiae subordinatur. Quantum igitur ad primum dicendum
est quod autor illius libelli dicitur fuisse prudentius quia
fuit bonus theologus et doctor sacae theologiae necnon
grammaticus subtilis et primo aureolus dicitur fuisse. Unde
dicendum quod tribus nominibus insignitur iste autor.
Primo prudentius ex eo quod prudenter magnam
historiam sacae paginae sub brevitate comprehendit.
Secundo dicitur aureolus qui totus aureus in doctrina et
in vita. Vel dicitur ab aureola corona quia poetae
antiquitus et doctores solebant laureati a corona-
tione. Ro. dicit clementius quod iste liber tali ex eius
doctrina possit te dare celestia et non dare terrena ut
in utilia sicut fecit ante poetare. Deinde videndum
est quae sit materia illius libelli sive subiectum. Est
enarratio compendiosa historiarum veteris testamenti
necnon et novi testamenti et quia hoc sit vim videbi-
mus in procedendo. Sunt videndum est de titulo. Di-
tulus enim illius libelli est ut asserit quidam incipit
prudentius de columba ex eo assignatur. Nam theo-
logi libellis nomina solent imponere ex aliqua pri-
ori sive nomine. Sic principium primi libelli est
historia tractans de ista quae dicitur columba. Et
ideo dicitur quod titulus sit iste incipit decrastichus nomine
a decem quod est quatuor et stichos versus et nos stichos
quia stichus versus historiam comprehendens in quatuor
versibus. Vel dicitur a decrastichus quia est est quadruplex